ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 58v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



incottidiana distributione peccare. Qui enim uidet ea que
sua sine infatigabilitate indigentibus ministrare. quam libere ea summa
fide ac deuotione dispenset. tamen difficile est ut non laqueos
peccatorum frequenter incurrat. In illis uero qui consilium domini non
spreuerunt. sed omnem substantiam suam pauperibus prerogantes
sumpta cruce sua largitorem celestis gratie subsecuntur. peccatum
non potest dominari. Non enim eum dispensantem sacratas iam opes
et quasi alienas pia distributione pecunias infidelis ser
uandi uictus cura mordebit. nec elemosine hilaritatem
abicit mesta cunctatio. quia quod semel totum obtulit domino. id
iam alienum sine proprie necessitatis recordatione aut angusti
uictus timore dispergit. qui se certus est cum ad desideratam peruene
rit nuditatem multo magis adeo quam uolucrem celi esse pascen
dum. Econtrario is qui substantiam retinens mundialem aut de
cimas fructuum suorum atque primicias aut partem pecuniarum
constrictus legis antiquae sanctione distribuit. licet peccatorum
suorum ignem maxime hoc elemosine rore restinguat. tamen
quanta uis opes suas magnanimitate dispenset. impossibi
le est ut se ad plenum eruat a dominatione peccati. nisi forte
per gratiam saluatoris cum re etiam ipsum affectum deposuerit possi
dendi. Pari modo non potest non cruento peccati imperio
famulari. quicumque oculum pro oculo. dentem pro dente ex precepto legis
eruere. aut odio habere. inimicum suum mauult. quia neces
se est eum dum talionis uicissitudine ulcisci suam optat iniu
riam. dum contra inimicos odii amaritudinem seruat furo
ris atque ire perturbatione semper accendi. Quicumque uero sub eu
glorice gratie inluminatione uersatur ac malum non resistendo
superans sed referendo dexteram percucienti maxillam etiam al
teram prebere uoluntarius non moratur. et uolenti aduersum se de
tunica litigium commouere. remittit et pallium. quique diligit
inimicos suos et orat pro calumniantibus sibi. Hic peccati rep
pulit iugum. ac uincula disrupit. non enim uiuit sub lege